

Regnum Mortuorum.

Sermo politicus de die S. Vincentii.

In Elysio 22. Januarii 1808.

Thema. Si die S. Vincentii sol splendeat, erit multum et bonum vinum.

Regulâ Rusticorum.

Nolite cavillari vos Philosophi! super regulis Colonorum, quas experientia saeculorum firmavit. Narrabo historiam, ubi experientia unius hortulani philosophiam Magni unius Regii philosophi. — Friderici Magni Regis Borussiae confudit.

Anno 1770 fuerat in partibus aquilonaribus admodum serenum et calidum ver. Rex Fridericus sub finem Aprilis ambulabat in horto palatii *Canssoussi*. Ubi sunt arbores pomorum Aurantium? (Orangeria) in clamat Hortulano, quamdiu adhuc illas oclusas tenebis? — Majestas! reposuit hortulanus; Sanctus Pancratius. — Quid habet S. Paneratius, et omnes alij Sancti cum mea orangeria: ego jubeo, expone illam. Hortulanus agitans caput, et in semet ipso murmurans, repetebat, Pancratius! Pancratius!!

Die 3. Maii incidens gelu, in Orangeria stragem edidit. Rex veniens in hortum, et Orangeriam flaccescentem videns; Quid his arboribus evenit? quaerit ex hortulano. — Majestas! reposuit hortulanus. *Pancratius*. Reconcilia me cum tuo Pancratio, nunquam dehinc amplius contra eum imperabo; festum ejus 12. Maii mihi, et Orangeriae meae futurum est sacrum.

Hodiernus dies S. Vincentii, sicut Hortulani *Pancratius*, est regula Rusticorum in Calendario, quam consuetudo germanica, et longa illustravit experientia. *Dies serenus Vincentii dat multum et generosum vinum*. Quanta spes! In quam serene collustrat sol vineas ad Rhenum, et annunciat Vinicolis laetam Vindemiam, Haec regula rusticorum nititur saeculorum experientiae, et optima Majorum nostrorum Philosophiae. Bibamus hodie non nihil largius, Autumnus feret copiam Vinorum. Hilariter; est dies serena!

Sicut regulae Colonorum ex longa experientia enatae sunt, ita volunt etiam politici scriptores ex longa experientia formare axiomata politica. In Ephemeridibus Helveticis legitur talis articulus prognosticus, qui suo tempore probabit, an Author rite observaverit. En illum!

Quid Aegyptus pro Europa sit?

Expediit *Napoleon* Bonaparte in regionem Pyramidum, et Hyeregliphorum in dramate historiae ejusdem stat adhuc velut una solitaria periodus absque aliqua connectione, quae tamen ad integritatem totius dramatis necessaria est. Expeditionem hanc luit Gallia amissione nervi potenti e suae navalis, qui ad *Abukir* cum selectissimis viris interit. Nec palmam terrae retinuit in regionibus Nilii, imo ipsum Saxonum Melitae, de cujus prope 10. Saeculorum possessorio Ordinem Melitensem depulit, evasit Anglorum praedia. Eversio hujus plani Bonaparteani erat actus maximus, quem Angha toto bello 15. annorum contra Galliam pe fecit; sed necdum terminata est horrenda scena, et serius, aut citius adhuc prodibit in illa historia Aegypti, oblivisci etenim non potuit hujus regionis heros, qui opus vix inceptum relinquere debuit, ut aliud longe majus incipiat. — Idest Patriam ab interitu liberet.

Quantum pondus collocaverit *Napoleon* qua summus Generalis Reipublicae in retentione Aegypti A. 1799. probant correspondentiae ipsius, et eorum, qui ei proximi erant. En aliqua, quae per Anglos intercepta, A. 1800 jussu Gubernii typis edita sunt. Dum discederet *Bonaparte*, haec ad Generalem *Kleber*, cui summum copiarum imperium in Aegypto tradidit, scripserat. Tibi melius, quam cuique alteri notum: Quanti intersit Galliae possessio Aegypti. Imperium Ottomanicum corruet, quae undique ruinam minatur, quem in casum evacuatio Aegypti tanto infastior pro Gallia foret, cum pro casu hoc provincia haec in aliorum Europaeorum deveniret manum.

Quoad politicam Aegypti Manipulationem scis jam mentem meam. Qui? quid fiat, Christiani sunt semper amici nostri, attendendum tamen, ne excedant, ne Turcae contra nos in eum ipsum, in quem contra eos, fanaticismum deveniant, quia hoc faceret eos irreconciliabiles; donec fanaticismus eradicari potest, debet infascinari. Si Confidentiam Magnorum *Scheiks* in Cairo habeamus, tunc tota Aegyptus est nostra; Nulli Rectores hujus populi sunt minus periculosi, quam hi *Scheiks*, sunt enim pusillanimes, armis congredi non audent, et quin ipsi fanatici sint, aliis fanaticismum instillant. *Alexandria*, et *El-Arisch* sunt claves Provinciae.

Praemium laborum, et curarum in opinione posteritatis quaerere solitus, relinquo Aegyptum summo cum dolore. Salus Patriae, gloria, obedientia, et magni eventus, qui obtinebant, poterant me unice permovere, ut per medias inimicorum classes in Europam redeam. — Quantopore! studuerit, Genium Aegyptiorum infascinare, moresque eorum sum Europaeis quasi amalgamare, collige ex sequentibus

St
tesqu
sent, s
aliquot
domum
mi nos
tabam
ditu me
reform

G
Etiam
huc in
punctu
tium a
sarium
fuit co
cum O
re, in
plus a

A
hoc eod
posses
elimina
datoria
remus
dorem
nissim
pium
rem na
mercii

Ja
cesseru
denta
vinciae
provin
tiae, G
fientia
licana
Orient

A
ut om
cludi,
cupatio
necessa
gyptus
quod n
meridi
canque

Studeas 500 — aut 600 Mameluccos conjungere, captesque in Galliam mittere; Si Mamelucci haberi non possent, suppleant vices Arabes, *Scheiks et Belleids*. Hi exactis aliquot in Gallia annis, videntes magnitudinem nationis, domum reduces, moribus, linguaque nostra informati, primi nostri amici, fautoresque forent. Jam identidem sollicitabam mihi miti societatem theatralem: hanc tibi cum redditu meo mittam; haec pro exercitu non minus, quam pro reformandis populi moribus necessaria est.

Generalis *Kleber* scripsit ad Directorium Gallicum; Etiam ego nosco plenum valorem possessionis Aegypti. Adhuc in Europa semel iterumque dixeram, Aegyptum esse punctum, ex quo res commercialis omnium 4. mundi partium aliam accipere posset directionem, sed ad hoc necessarium est potens vehiculum, quod est Res navalis. Nostra fuit condam, sed ab eo tempore omnia mutata, et sola pax cum Ottomannia potest nobis ex labyrintho exitum ostendere, in quam propter certum finem devenimus, quem amplius assequi non possumus.

Administrator Generalis Rei financialis in Aegypto de hoc eodem objecto haec ad Directorium. Procul dubio, si nos possessores harum terrarum essemus, paucos intra annos eliminaremus flagella populorum, quae sunt pestis, et praedatoriae Arabum phalanges: agriculturae et commercio daremus novam vitam, quod veterem regionis renovaret splendorem, et Aegyptus foret totius globi terraeque regio amoenissima, quae commercio mundi dirigeret. — Ast Aegyptum claudunt duo maria, et deserta, et oportet potentem rem navalem pro defensione littorum, et protectione commercii habere.

Jam septem praeterivere anni, quo Galli Aegypto excesserunt; a quo tempore omnes littorales Meridiei regiones, demta Gibraltaria, et Melita, stant sub influxu Galliae. Provinciae, commercio levantino condam celebres, sunt hodie provinciae gallicae, puta *Neapolis, Sicilia, Libanus, Venetiae, Genua*, quae mox ad priorem eluctari possunt Magnificentiam, quod tamen non fiet, nisi Aegyptus Colonia gallicana fiat, quae Mare rubrum cum Persia, Arabia, et India Orientali ad nexum commercialem poneret.

Ad assequendum totius Maris Mediterranei dominium, ut omnes anglicae naves exuri, omnis refugii locus eis praeccludi, et sic ex omnibus portibus Angli excludi possint, occupatio Siciliae, Melitae, et Gibraltaris est inevitabiliter necessaria; si Angli e mediterraneo mari extrudantur, Aegyptus suapte nobis veniet; atque hoc temporis momentum, quod reforestentium meritimarum littoralium regionum in meridie sortem definit, non amplius procul abest. Qualiscunque pax olim, seu durabilis, seu temporanea, Galliam

Quid Aegyptus pro Europa sit?

Expediit *Napoleon* Bonaparte in regionem Pyramidum, et Hieroglyphorum in dramate historiae ejusdem stat adhuc velut una solitaria periodus absque aliqua connectione, quae tamen ad integritatem totius dramatis necessaria est. Expeditionem hanc luit Gallia amissione nervi potenti e suae navalis, qui ad *Abukir* cum selectissimis viris inierit. Nec palmum terrae retinuit in regionibus Nili, imo ipsum Saxum Melitae, de cujus prope 10. Saeculorum possessorio Ordinem Melitensem depulit, evasit Anglorum praeda. Eversio hujus plani Bonaparteani erat actus maximus, quem Anglia toto bello 15. annorum contra Galliam pe fecit; sed necdum terminata est horrenda scena, et serius, aut citius adhuc prodibit in illa historia Aegypti, oblivisci etenim non potuit hujus regionis heros, qui opus vix inceptum relinquere debuit, ut aliud longe majus incipiat. — Idest Patriam ab interitu liberet.

Quantum pondus collocaverit *Napoleon* qua summus Generalis Reipublicae in retentione Aegypti A. 1799. probant correspondentiae ipsius, et eorum, qui ei proximi erant. En aliqua, quae per Anglos intercepta, A. 1800 jussa Gubernii tipis edita sunt. Dum discederet *Bonaparte*, haec ad Generalem *Kleber*, cui summum copiarum imperium in Aegypto tradidit, scripserat. Tibi melius, quam cuique alteri notum: Quanti intersit Galliae possessio Aegypti. Imperium Ottomanicum corruet, quae undique ruinam minatur, quem in casum evacuatio Aegypti tanto infauustior pro Gallia foret, cum pro casu hoc provincia haec in aliorum Europaeorum deveniret manum.

Quoad politicam Aegypti Manipulationem scis jam mentem meam. Qui quid fiat, Christiani sunt semper amici nostri, attendendum tamen, ne excedant, ne Turcae contra nos in eum ipsum, in quem contra eos, fanaticum deveniant, quia hoc faceret eos irreconciliatiles; donec fanaticismum eradicari potest, debet infascinari. Si Confidentiam Magnorum *Scheiks* in Cairo habeamus, tunc tota Aegyptus est nostra; Nulli Rectores hujus populi sunt minus periculosi, quam hi *Scheiks*, sunt enim pusillanimes, armis congregari non audent, et quin ipsi fanatici sint, aliis fanaticismum instillant. *Alexandria*, et *El-Arisch* sunt claves Provinciae.

Praemium laborum, et curarum in opinione posteritatis quaerere solitus, relinquo Aegyptum summo cum dolore. Salus Patriae, gloria, obedientia, et magni eventus, qui obtinebant, poterant me unice permovere, ut per medias inimicorum classes in Europam redeam. — Quantopore studuerit, Genium Aegyptiorum infascinare, moresque eorum sum Europaeis quasi amalgamare, collige ex sequentibus.

Studeas 500 — aut 600 Mameluccos conjungere, rasesque in Galliam mittere; Si Mamelucci haberi non possent, supleant vices Arabes, *Scheiks et Belleid*. Hi exactis aliquot in Gallia annis, videntes magnitudinem nationis, domum reduces, moribus, linguaque nostra informati, primi nostri amici, fautoresque forent. Jam identidem sollicitabam mihi miti societatem theatralem: hanc tibi cum reditu meo mittam; haec pro exercitu non minus, quam pro reformandis populi moribus necessaria est.

Generalis *Kleber* scripsit ad Directorium Gallicum; Etiam ego nosco plenum valorem possessionis Aegypti. Adhuc in Europa semel iterumque dixeram, Aegyptum esse punctum, ex quo res commercialis omnium 4. mundi partium aliam accipere posset directionem, sed ad hoc necessarium est potens vehiculum, quod est Res navalis. Nostram fuit condam, sed ab eo tempore omnia mutata, et sola pax cum Ottomannia potest nobis ex labyrintho exitum ostendere, in quam propter certum finem devenimus, quem amplius assequi non possumus.

Administrator Generalis Rei financialis in Aegypto de hoc eodem objecto haec ad Directorium. Procul dubio, si nos possessores harum terrarum essemus, paucos intra annos eliminaremus flagella populorum, quae sunt pestis, et praedatoriae Arabum phalanges: agriculturae et commercio darem novam vitam, quod veterem regionis renovaret splendorem, et Aegyptus foret totius globi terraqueae regio amantissima, quae commercium mundi dirigeret. — Ast Aegyptum claudunt duo maria, et deserta, et oportet potentem rem navalem pro defensione littorum, et protectione commercii habere.

Jam septem praeterivere anni, quo Galli Aegypto excesserunt; a quo tempore omnes littorales Meridiei regiones, demta Gibraltaria, et Melita, stant sub influxu Galliae. Provinciae, commercio levantino condam celebres, sunt hodie provinciae gallicae, puta *Neapolis, Sicilia, Libanus, Venetiae, Genua*, quae mox ad priorem eluctari possunt Magnificentiam, quod tamen non fiet, nisi Aegyptus Colonia gallicana fiat, quae Mare rubrum cum Persia, Arabia, et India Orientali ad nexum commercialem poneret.

Ad assequendum totius Maris Mediterranei dominium, ut omnes anglicae naves exuri, omnis refugii locus eis praeccludi, et sic ex omnibus portibus Angli excludi possint, occupatio Siciliae, Melitae, et Gibraltaris est inevitabiliter necessaria; si Angli e mediterraneo mari extrudantur, Aegyptus suapte nobis veniet; atque hoc temporis momentum, quod restorantium meritimarum littorarium regionum in meridie sortem definiet, non amplius procul abest. Qualiscunque pax olim, seu durabilis, seu temporanea, Galliam

cum M. Brittaanis reconciliabit, dominium maris Mediterranei, et Aegypti futura est in illa conditio essentialis, et pars illa perdidit lusum, quae haec alteri cedere debuerit; si perdat Anglia, jam per hoc ipsum amisit basim magnitudinis potentiae suae. Quod hodie Londinum est, hoc futura essent paucos intra annos *Massilia, Tolunum, Venetiae, et Alexandria*, idest fora nundinalia totius orbis. Facilius est pro Gallia ad mare mediterraneum occupationes facere, et antiquam viam ex Aegypto in Indiam reparare, quam rem navalem, quae britticam superet, creare. Tunc retineat sibi Anglia viam per promontorium, et Affricam, Gallia tamen commercium Levantinum ducet per Aegyptum, in India orientali novas Colonias fundabit, novas occupationes faciet, et commercium suum in Europa super Angliam elevabit, quemadmodum praepondium ejus politicum in Europa, palam est. — *Prima* expeditio Boneparteana in Aegyptum Annis 1799 et 1800 haud cessit ex voto; Aliquot annis patientia; et habebimus forte *secundam*.

Diarium Politicam.

In Laterna magica mundi duo cumprimis observantur objecta, quae prae caeteris notari merentur; Maxime singulare in illis est, quod licet nomina eorum sibi contraria sint, in scopo tamen, ad quem tendunt, conveniant. *Unum* horum Objectorum est articulus in *Journal d'Empire*, *Alterum* nuncius Caesareo Austriacus, Londinum missus. En ipsos articulos!

Londino 11. Januarii. In conventiculis, ubi de Politico aliquid suture, serpit ab aliquo tempore rumor. D. *Tolleyrand* de pace cum Anglia tractaturum, in Hollandiam venturum; rumor hic tantam habuit fidem, ut magnae sub spe pacis susceptae sint speculationes; Haec est prima spes pacis.

Secunda elevat valorem primae, et probat, eandem utriusque esse tendentiam, et primam certo eventuram, si secunda succedit. Ita stant res inter Galliam et Angliam. — Aula Caesarea Austriaca Nuncium Cabineti D. *Mainz* misit in Angliam, quemadmodum ipsae litterae Parisienses nobis nunciant, qui post moram 8. dierum per Parisios Viennam rediit. Quid tulerit, non scimus, id tamen certum est, Aulam Vienensem Comitem *Mier* Londinum misisse; et navim cursoriam, quae eum in Angliam trajecerat, adhuc 8. Januarii ad Dover exspectasse; et Legatus Austriacus, ac Comes *Mier* adhuc sunt Londini, argumento, deliberationes adhuc continuari; imo publicae paginae Parisienses aperte allegant, pacem propinguiorem esse, quam ipsi putaremus. Haec sunt facta, quae in amaritudine solantur. Haec facta ego in ordinem ita redegei, ut consolatio, et spes pacis quodam modo prodeat; pax enim est votum commune; ergo.